
Clavis
Conveniensiæ Linguarum
CHARAC
TER
J.J. Becheri
M.DC.LXI
FRANCOFURTI.
Sumptib. Joh: Wilh: Ammonij & Wilh: Serlini.

JOH. J. BECHERI, Spirenſis

CHARACTER, *Pro* NOTITIA LINguarum Univerſali.

INVENTUM STEGANOGRAPHICUM HACTENUS INauditum quo quilibet ſuam Legendo vernaculam diverſas imò omnes Linguas, unius etiam diei informatione, explicare ac intelligere poteſt.

FRANCOFVRTI,
Sumpt. Johannis Wilh. Ammonii & Wilhelmi Serlini,
Typis JOHANNIS GEORGII SPÖRLIN.
ANNO M. DC. LXI.

INVENTUM
Eminentißimo Principi Electori ac Domino, Domino
JOHAN-PHILIPPO
SS. Mogunt. Archi-Episcopo S.R.I. per Germaniam Archi-Cancellario Principi Electori Episcopo Herbipolensi Franciæ Orientalis Duci, Domino suo Clementissimo Sacrum,

DD.

SI in alieno fundo Thesaurus fuerit effossus, Legibus sancitur, ut præstantior Inventi pars fundi Domino cedat: Iure itaque hunc sive Thesaurum

ſive carbonem, ad Illos deponopedes, Quorũ Prudentiſſimum Caput primum mihi uti Irritamentum, ita aureæ inſtar virgulæ Indicium exſtitit; Mihi nõ tam inveniſſe & ſub Clementiſſimo Tuo Præſidio Mundo exhibuiſſe quam Benigniſſimo Favori pro virili ſatisfeciſſe ſufficiat:

Hoc

Hoc reſtat, ut cum multis Tibi Eminentiſſime Princeps ac Domine, unicum & quidem ſummi Boni Theſaurum ánimitùs apprecer eoq; in voto moriar

Humillimus Servus

Scripſi Moguntiæ die tertio Ianuarii Anni Milleſimi Sexcenteſimi Sexageſimi primi.

Autor.

Lectori Benevolo Salutem.

INter inventiones quæ aliquam præ se ferunt utilitatem atq; Societati humanæ necessariæ sunt, primùm Locum graphice seu scribendi facultas, obtinere videtur, illa enim dissitos animos jungit, mandata explicat, responsum refert, imò Mercurii instar hinc inde in Mundo, bona & mala nuntians, circumvolat. Utilissima ergo graphice, ad convenientiam literarum & Hominum censetur, hinc ejus ergo præfationis seu Graphidis Loco paucula hæc quæ considerandа occurrunt, præmittere statui.

Circa Graphicen spectanda sunt duo; Antiquitas nempe & differen-

tia. De Antiquitate non est quod in genere scribam, credibile tamen Adamũ ut Pansophum suæ vernaculæ literas pingere, nõ latuisse, quantùm verò specialem linguarum graphicen attinet, quæ procul dubio ex confusione Linguarum generali primam sortita est differentiam, illam prout consequenter Mundo innotuit, sibiq; ad invicem affinitate juncta est, hîc ex professo evolvere instituto nostro non convenit relinquemus enucleandam antiquariis, si quis tamen quantum in hoc putamine enucleatum sit scire desideret, ex Polidoro Virgilio, Pierio, R.P. Athanasio, R P. Martino, Majero, Hottingero, Spizelio, aliisq; rescifcat. Hoc loco generalem graphices differentiam proposse explicare, animus fert. Dividitur Generaliter

in

in Hieroglyphicam & Steganographicam: Graphice Hieroglyphica certis notis rem ipſam exprimit, hinc duplex eſt, vel enim res prout in ſe eſt, vel per ſubjectum metaphoricum aut tropicum notatur, ut oliva pro pace, ovis pro ſimplicitate, anguis pro fallacia, Hæc poſterior ſpecies ſacra dicebatur quia ignaris tecta erat, prudentib⁹ autem rem cum omnibus circumſtantiis exhibebat, tum quoq; ſacra nuncupabatur, quia animalium Ægyptiis potiori ex parte ſacratorum figuris conſtabat, Hujus ſacræ Hieroglyphicorum ſpeciei, cultores & Interpretes noſtro tempore exſtiterunt Viri Inſignes àtq; incomparabiles V. Pierius, R. P. Athanaſius Kircherus, & D. Michael Majerus, qui multa abſtruſa, rara atque arcana ſtudio ſum-

summo & Labore vigilantissimo exinde posteritati donantes enucleârunt; Hâc graphices specie nulla sanè elegantior reperitur, acuit enim ingenium, docet affinia rerum, denique omnibus patet, hinc Ægyptii quando quid publici juris facere volebant, ita tamen ut ignaris mysticũ ac tectum, Doctis autem perspicuum esset, cippos hujusmodi Hieroglyphicis notis insignitos erexerunt, quæ a diversis nationibus ac vernaculis explicabantur, prout, Obeliscus Pamphilius per R.P. Athanasium Kircherum redivivus specimen existit nobilissimum, præstitit non nihil hoc in studio D. Spizelius in re Literaria Sinensium, quam tamen capite operis unicè à me & multis desiderato truncavit, numerum enim figuram & significa-

tionem Hieroglyphicorum omisit, constat autem clarè Sinas certum characterum numerum & usum habere, quo Hebræorũ instar pro radicibus utuntur. Humaniter itaq; rogamus, ut si quæ plura hoc in genere D. Spizelio Aliisq; huic studio deditis supersint, luci exponere atq; studium tam rarum promovere nõ dedignentur; Concinnavi meo marte per prædicamenta Characteres Hieroglyphicos paucos numero, quibus operationẽ mentis quamcunq; breviter explico, ita ut eorum absq; Lexico Indice aut nomenclaturâ omnibus diversi idiomatis nationibus Sensus expressus pateat, hinc avide (arbitrio ob incognitarum Sinensium literarum numerũ hactenus destitutus) num cum Sinensibus conveniant aut in quantum diffe-

differant, ſcire geſtio. Hæc de primo Graphices genere, alterum à priori differt dum non ipſas res ſed literas quibus nomen, quo res inſignitur, conflatur, indicat, hinc non univerſalis exiſtit, ſicut enim quælibet vernacula ſuum idioma idque diverſa vocabula continet, ita multifariæ requiruntur literæ, quas non modo dignoſcere, verum etiam producta inde vocabula intelligere, præſtat. Hæc ergo Graphice Steganographica dici meruit; quot enim diverſas literas tot occulta vocabula & rerum ſignificationes inde collectas experieris, hinc infinitis modis ſignificationes rerum tegi poſſunt, quodlibet enim Alphabetum diverſi Characteris, neque literas, neq; ſignificationem per literas intelligenti, Steganographicum exiſtit, ita

Graphice respectu diversarum linguarum & Characterum Steganographica in genere est; in specie verò novam eamque peculiarem in qualibet Lingua Steganographiam admittit, illi enim qui propria in vernacula secretò literis correspondere intendunt, varias literarum transpositiones atq; mutationes invenerunt, quibus ordinarium literarum valorem confunderent, se autem ad invicem intelligerent; Præcipuus Steganographus nostri seculi exstitit Trithemius Vir Literatissimus, Episcopo Herbipolensi à Secretis & Consiliis intimus, qui nescio quæ mira hâc Steganographiæ specie spopondit, nec ullum dubium est, quin non plura præstare quam scribere ac proponere valuerit. Acquiescat ergo Wendelinus

in memoria filii sui deprædicanda neque integerrimæ Trithemii Famæ detrahat; habet Steganographia occultissima Cabalam omniū scientiarumMatrem redolentia,cujus rei egregria specimina in Prodromo Copto exhibuit Præmemoratus R. P. Athanasius Kircher, nihil hic Zoilus quod objiciat præ manibus habet, quam quod Magiam portendat. Hem grande Portentum, cur non eodem nomine omnes mortalium cogitationes & acta ominosa portentosa atque Magiæ suspecta reddit, plus enim Diabolus ut arbitror cogitationibus & actis quam literis & Characteribus provocatur, quamvis non inficias eam, insigne peccatum esse si ejusmodi Characteribus Magica fides ascribatur,idololatria tamen potius
Cha-

Characterem quam Character Idololatriam incidit, excludo frivola illa Sympathica & Antipathica quæ rumore potius quam ipſa re Characteribus annectuntur, neque nimis punctationibus & lineis Geomanticis indulgendum, quamvis enim tam ex numerorum quam linearū Harmonia multa conjici poſſent, trmen nimiæ earum fiduciæ ne præſtigiatores videamur ſuperſedendum eſſe, exiſtimo; Tantum de altero Graphices genere; ſub cujus finem Meæ Steganographiæ quam hoc libro ex pono quoque Rationem reddendam eſſe arbitror, quam brevibus hiſce pro lubitu accipe.

Cum in altero Graphices genere per Steganographiam ſenſus verba & literas occultari poſſe annimadverterem, contrarium in

mentem

mentem venit, nempe utrum Steganographiam in Anoigographiam mutare possibile esset, ita ut certâ literarum vel Characterum transpositione, quilibet alterius literas legere easque pro necessitate, sua in vernacula intelligere posset. Hactenus enim Steganographi solummodo qua ratione literæ, & voces occultandæ, docuerunt, mihi verò qualiter occultando, literæ, voces, ac varia idiomata cuilibet sua in vernacula exhiberi possint, occurrit. Inventum est partim Arithmeticum ex Harmonia numerorum, partim Hieroglyphicū ex Harmonia punctationum & Linearum desumptum, sicut non adeo dissimilē punctationem in Literis Sinensium D. Spizelii paginâ habes centesima septuagesima, Linea tertia & sequentibus; Rudi Ideâ nec Graphicè Graphidem hanc luci expono

expolire desiderans elegantiori penicillo quicquid obscurum videbitur; Hoc unico confido Lectorem tanti futurum Judicii, ut contenta inter duo commata Characteris, in suæ vernaculæ Idioma tranferat, fateor quidem potuisse hæc omnia politiora fieri, verùm primitias offero, ubi autẽ Bellaria (Hieroglyphica, quorum sub finem informationis mentio fit) apposuero, etiam Apophoreta dabo, atque vinum addam, tùm hilares Zoili stultitiam, qui antequam primam vino notam concedet vappam sorbere mavult, affatim ridebimus, Tu interim Lector Benevole huic Invento, inter Steganographica nec primum nec ultimum Locum assigna hisce verò cœptis pro captu tuo fave.

Deſcriptio Operis.

PRo impetrando favore & gratia in mundo, inter multa requiſita, diverſarum Linguarum notitiam neceßariam eſſe nemo negabit, hinc multo etiam tempore, ſumptibus & labore ei incubuerunt quibus cum exoticis converſari, negotium eſt; Difficilis tamen ad eam patet Aditus, conſideranda enim quæ ad univerſalem Linguarum notitiam præcipuè ſint neceſſaria & quæ propinquior ad eam via detur?

Septem Linguas univerſali convenientiæ neceſſarias ac maximè utiles exiſtere cenſeo, quarum tres literatis, Reliquæ verò quatuor, communibus ſeu plebeiis palmam præripiunt, conſidero enim Linguas ut doctas & plebeias: Linguæ doctæ ſunt, quæ præceptis ac Regulis diſcuntur præcipuæ, Latina, Græca, Hebraica, qui has callet, Literatos eorumq; ſcripta facilè intelliget; ex communibus ſunt uſitatiſſimæ, Arabica, Slavonica, Gallica, Germanica; ultimæ hujus utilitatem ſenties in tota Inferiori ac Superiori Germania, partim in Dania & Suecia; Gallicum Idioma uſui erit, tam in proprio ſolo, quam in Italia, Hiſpania,

nia, Portugallia, Anglia, Scotia, imò apud omnes, qui mundum, mores, aulas, vidiſſe, didiciſſe, frequentaſſe, geſtiunt; Slavonicam Matrem reperies, Polonicæ, Vandalicæ, Bohamicæ, Rußicæ, Hungaricæ, Croaticæ, aliarumq́ multarum: Deniq́ Arabicam prædictarum omnium in Oriente utiliſſimam experieris, In quantum enim Traditio Mahumetana ſe extendit, in Tantum Alcorani cauſa, Lingua hæc viget Arabica; Hiſce paucis Rationem & utilitatem præſcriptarum ſeptem Linguarum reddidi, unde Literatis Linguarum Trinarium, plebeiis Quadraturam atq́ his qui cum omnibus converſari, pluribusq́ Linguis fundamenta ponere intendunt, univerſum Septenarium utiliter conſulo, pro certo ſtatuens, nullum in Mundo exſtiturum locum, ubi aliqua in Omnipotentem Deum apud incolas ſupereſt Religio, In quo, hoc Inſtructus Septenario, mentem ſuam vel verbis aut ſcriptis explicare nequeat.

Adhac Lector Benevole reſpondebis, ſatis quidem benè de utilitate Linguarum actum eſſe, ſed methodi, ſumptuum & temporis in addiſcendis illis nullam mentionem fieri: Fateor ipſe, viam ad variarum Linguarum notitiam, arduã, imò ſpinoſiſſimam eſſe, tam prolixa & ambigua etiam eſt, ut calcandæ illi vix ætas hominis ſufficeret; Enimverò quantum temporis ſoli tribuimus

addi-

addiſcendæ Latinitati? certè ex ſuperatis Herculeis Laboribus, & floridiſſima ætate inſumpta plerique tamen non latinè loquuntur ſed balbutiunt, ſolam & quidem hic tanquam ad Sacram confugimus anchoram, quæ pro anſis Lexica & Grammaticas habet, hiſce ſecuritatem nobis & aliis extra tenebricoſam profunditatem (in qua ſpes noſtra obſcurè non firmatur ſed hæret) poſitis, rudes rudenti innixi promittimus, hinc via hactenus tritâ ad exoptatum portum devolvi, difficile eſſe, non inficias eo.

His expoſitis ſæpius agitavi mecum ipſe, num ullum ſupereſſet medium, quo provectis ætate conſuli poſſet, ut linguis incognitis, ſenſum tamen earum (qui finis ſermonis eſt) aſſequerentur plebeji atque linguarum exoticarum prorſus rudes, ita ut qualibet lingua omnium reliquarum clavis eſſet, & quilibet in ſua vernacula reliquas intelligeret; Dum huic inventioni operam navo, ſemel atque iterum mihi aliiſque ſupernaturalis viſa eſt, ſicut & Lector Benevole hoc ipſum legendo judicabis, relaxaſſem manus, ſingularia niſi affuiſſent incitamenta, & remoræ; Et, ut non ſtilla una cavat marmor, nec protinus uno condita Roma die eſt, aut annoſa uno quercus deciditur ictu, ita multoties opere hoc erat ſuperſedendum, quouſque extremæ adderentur manus, nullo enim pretio quam laboribus ſua ven-

dunt Dii, hinc nullo nisi tali commercio cũ illis est transigendum; Multa quidem sed minus solida, tum difficiliora ac prolixa captu occurrerunt, quæ cuncta rejiciens, nihil, quam nimis multum appetivi, Medium tandem quo alioquin tutissimè incedimus, elegi, & postquam trutinavi, hisce exponere decrevi, viam levem, jucundam & securam indico, cujus conditio unius etiam diei spatio addiscitur & exploratur; Tu itaque Viator qui hanc ingrederis viam, planitiei ergò Informatiunculam hanc ediscere ne aversare, qui vel soli jactandæ pilæ multum inaniter circumcurrendo, chartis pecuniam insumendo, aleis & Lapillis ingenium exercendo multum judicij & temporis inutilem in finem exposcis; Vtilitas quam hic Character tibi suppeditabit, non adeo flocci pendenda, aut præcedenti comparanda est, subtiliora enim in visceribus alit, antiquissimis Hieroglyphicis non cedentia, hinc ipsá Sacra vetustas ejusdem Encomia, prima autem eaq; publicè per illam producta Linguarum Cõvenientia Vniversalis eidem Trophæa, enumerabit, eriget; Hâc ergo Methodo si quâ habes præstantiorem communica, præsentem interim æqui boniq; consule.

Modò nobis cum informatione, operis demonstrationem & structuram accedendum est, quæ duabus distinguitur partibus, quarum prima

ma informationem ac applicationem inventi, altera vero ejusdem structuram explicat.

Informationem quam hoc loco tracto, quod attinet, cum seipsam explicet durīq; eum ingenij esse oporteat qui primo illam intuitu non capiat, multis praeceptis illuminare opus non videtur, per se maximè est necessaria, hinc ut omni idiomate, quo opus hoc publicatur, praemittatur necesse est, haec ejus ergò monere volui.

Sequitur operis structura quae Lexicon seu nomenclaturam requirit, prout videre est in altera hujus operis parte, ubi vocabula secundum ordinem alphabeticum posita à fronte, ordine signantur arithmetico; notabis autem in reliquarum vernacularum Lexicis hunc ad modum dispositis, certis de causis variationem observandam esse, quâ Latina vocabula eodem ordine & numero notata, in restantia sex, plura, & si lubet omnia idiomata transferuntur, ut quodlibet vocabulum, numeri sensus & loci ergo, suo in Lexico cum latino correspondeat, quamvis Ordo alphabeticus in reliquis servari nequeat, quodvis enim Lexicon (excepto Latino) pro Appendice Indicem continet specialem, in quem vocabula ex praecedente Lexico desumpta, secundum seriem alphabeticam, annexo tamen congruo numero (in Lexico ei adhaerente) collocantur, sicut ex se-

quentibus hujus dispositionis causa, ubi de usu ejus agetur latius patet.

Structura Lexici considerata, Clavis (Character) intelligentia quæ ei innititur consideranda obvenit, cujus Ideam sub finem informationis habes, in duas dividitur partes; In primam tanquam Basin A. B. C. D. numeri lineolis notati ponuntur, qui radicales dicuntur, vocabulum enim tanquam fundamentum sermonis indicant; circa numerum seu Lineolas sequentia observabis; Si in spatio cum A. vel B. C. D. notato, lineolam conspexeris Horizontaliter positam, denotabit quinq; punctula verò simplicia in A denotant unitatem toties, quoties ponuntur. Lineæ *perpendiculares in B. exposcunt ut tot Decades quot lineas, in C. tot Centurias quot lineas, in D. tot millia quot lineas numeres, hâc ergo Clavi, si quid indicare velis, ante omnia tuâ in vernacula præconceptas literas diligenter annexis punctis & commatibus chartæ inscribas, tum de verbo ad verbum vocabula secundùm Alphabetum in Indice evolves usq; numerum (vocabulis in Indice asscriptum) suprascribes, deniq; pro quolibet vocabulo Characterem pinges, cui in partem primam secundùm præscriptam Methodum, pro concepto numero Arithmetico, lineas inseres prout sub finem informationis exempla habes sufficientia, adhunc modum si resolvendus tibi*

con-

contigerit Character, primò in radice seu primâ Characteris parte lineas in tui idiomatis numerum transfer, quem in Lexico (non indice) quære, tum invento numero, tuâ in vernacula (si in ea Lexicon habueris, ut pro notitiâ habere necesse est) petitum habebis vocabulum. Docet ergo prima clavis pars, vocabula tanquam sermonis radices in indice invenire, Characteri per numerum linearum inserere, & exinde rursus in Lexicis variarum linguarum reperire.

Altera Characteris pars notata literis. E. F. G. H. I. variationem vocabuli indicat, circa quam sequentem observabis punctationem;

Lineolas in E explicabis prout in B.

In F. sicut in C.

Lineola horizõtalis si quæ in H posita est, quinque denotat,

In I. puncta sumuntur veluti in A.

Sin in G horizontalis linea fuerit Lineolis & punctis notata, tum lineola infra lineam juxta B, supra lineam vero prout in A explicantur.

Hinc vocabulum per primã Characteris partem evolutum, flectẽdum est, ad formulam variationis quam Hæc altera Characteris pars, per numeros in Tabula variationum

Signatura commatum exhibetur juxta literam L. punctorum verò penes K. diligenter est attendenda ne sensus confundatur, cujus præcavendæ confusionis causâ, prolixæ phrases ac vocabulorum distractiones evitandæ sunt; Contenta inter duo puncta, seu commata, in analysi primum radicibus deinde variationibus explicentur, tum secundũ genera, Regulas, cõstructiones, Phrases hujus vel alterius idiomatis cũ ornamentis pro lubitù in ordinem redigantur elegantiorem; Rectus tamen ne perturbetur sed potius debitè exprimatur sensus.

Præscriptis ergo vernaculis, aut pluribus, imò omnibus Linguis, si hæc structura, cum informatione imprimeretur, tractaretur atq; addisceretur, Medium haberemus omnes facillimum incognitis etiam linguis adinvicem correspondendi, facillimum, quia parum temporis, sumptuum aut apparatus requirit; non enim necesse est ut quilibet aliarum linguarum Lexica acquirat, modò suam vernaculam opusculo hoc satis compendioso complexam secum gerat, tum cunctarum reliqnarum Nationum hoc Charactere Scripta omnia, absq; discrimine intelliget: Germanum *ergo* Galli, Slavoni, Arabes, Hebræi Græci, Latini, Persæ, Turcæ, &c.

Imò


Imò omnes nationes infinitis ferè mutationibus adinvicem se intelligerent, libro compendioso, Charactere simplici, informatione brevissima; Ite jam antiquum illud obgannientes Zoili, & nos hæc poteramus, Nobis non tam potuisse quam præstasse supererit.

Super est ut Consilium, cum paucis hoc Charactere secretò correspondere satagentibus, suppeditem, atq; qua ratione id fieri permanente Characteris, Lexici & Indicis conditione possit, edoceam; Idq; eveniet si numerum radicalem certa quadam in evolvendo Lexico, quantitate auxerint, ita vocabulum radicali numero indicatum, nec sensui nec punctationi correspondebit, additio autem numeri, quia ex orali transactione, memoriter in Lexico, pridem additur, divinari non potest, præsertim si verba in addita quantitate à nominibus fuerint differentia, prout hâc de re multifariam amici vel singularibus literis vel oraliter transigere possunt, notandum tamen ut in insertione vocabulorũ ex indice, ipsa vocabula additâ transactâ quantitate Characteri inserantur, in enucleatione verò abstrahantur, sicut in exemplo infra posito apparet, quod secundum radicem, debitum sensum non habet, sin verò in enucleatione nominibus quinq; & verbis decem partes addes, expiscaberis in Lexico convenientem sensum, tibi etiamnum divinandum


restat

restat an in Lexico earum additione ascendendum vel descendendū sit, inservit itaq; Character hic, non modo ad universalem sed & ad secretissimam convenientiam, negotio minimo.

Potuissem exponere qua ratione CHARACTER hic, mutatis mutandis & additis addendis, abq; ullo Lexico aut Indice Convenientiam Universalem quoq; causare, unius tantùm aut alterius paginæ informatione, valeat, certis tamen de causis, cœptis desistere, eorundem verò in hunc finem mentionem facere decrevi, ut quantum adhuc hoc in charactere lateat Benevolus Lector sentiat; Hoc loco promissis satisfecisse atq; pro tempore majoribus ansam præbuisse sufficiat.




Huc Spectant Exempla pro
Numeri notitiâ et post hæc
Tabula pro Variationibus Sensuum.



Exempla pro Numeri notitia.







Singu

1 Nominativus
2 Genitivus
3 Dativus
4 Accusativus
5 Vocativus
6 Ablativus

13 Amo Moneo Le
14 amas mones legi
15 amat monet legit
16 amamus monem
17 amatis monetis le
18 amant monent leg

19 Amabam Moneba
20 amabas monebas
21 amabat monebat
22 amabamus mone
23 amabatis moneba
24 amabant moneb

25 Amavi Monui L
26 amavisti monui
27 amavit monuit
28 amavimus mo
29 amavistis mon
30 amaverunt mo

31 Amaveram, M
32 amaveras mo
33 amaverat mo
34 amaveramus
35 amaveratis
36 amaverant m

37 Amabo, Mo
38 amabis mo
39 amabit mo
40 amabimus
41 amabitis m
42 amabunt m

Activum

73 Ama, Mone, Lege, Audi
74 amet, moneat, legat, audiat
75 amemus, moneamus, legamus, aud
76 amate, monete, legite, audite
77 ament, moneant, legant, audiant.

78 Amato, Moneto, Legito, Audito
79 amato, moneto, legito, audito
80 amemus, moneamus, legamus aud
81 amatote, monetote, legitote, audit
82 amanto, monento, legunto, audiunt

Imperativus
Presens:

Passivum

83 Amare, Monere, Legere, Audire,
84 ametur, moneatur, legatur, audiatur
85 amemur, moneamur, legamur, audiamur
86 amamini, moneamini, legimini, audiamini
87 amentur, moneantur, legantur, audiantur

Futurum

88 Amator, Monetor, Legitor, Auditor
89 amator, monetor, legitor, auditor,
90 amemur moneamur legamur audiamur
91 amaminor moneminor legiminor audiminor
92 amantor, monentor, leguntor, audiuntor

93 Amem, Mone
94 imes, moneas,
95 imet, moneat,
96 amemus mone
97 ametis monea
98 ament monea

99 Amarem, Mo
100 amares, mone
101 amaret, mone
102 amaremus, m
103 amaretis, mo
104 amarent, mo

105 Amaverim,
106 amaveris, m
107 amaverit m
108 amaverimu
109 amaveritis,
110 amaverint,

111 Amavissem
112 amavisses
113 amavisset,
114 amavissem
115 amavisseti
116 amavissent

117 Amavero,
118 amaveris,
119 amaverit,
120 amaverim
121 amaveriti
122 amaverint

Activum

153 Amare, Monere, Legere, Audire

154 Amavisse, Monuisse, Legisse, Audivis

155 Amaturum esse vel amatum ire
Moniturum esse vel monitum ire
Lecturum esse vel lectum ire
Auditurum esse vel auditum ire

156 Amandi, Monendi, Legendi Audiendi
157 Amando, Monendo, Legendo, Audien
158 Amandum, Monendum, Legendum, A

159 Amatum, Monitum, Lectum, Auditun
160 Amatu, Monitu, Lectu, Auditu

Activum

161 Amans, Monens, Legens, Audiens

162 Amaturus, Moniturus, Lecturus
Auditurus, ra, rum.

NB. *Hac Tabula sub*

Infinitivus
Præsens

Passivum

163 Amari, Moneri, Legi, Audiri

Perfectum

164 Amatum, Monitum, Lectum, Auditum esse vel fuisse

Futurum

165 Amatum, Monitum, Lectum, Auditum iri

Gerundia

...udiendum

Supina

Europæi Sequentia adjiciant,
168. Incomparativo.
169. Insuperlativo.
170 Adverbialiter.
171. Derivative ut Moguntinensis
172. Purus numerus.
173. Impersonaliter sumptum, si verbum, sive nomen sit, in genere Neutro & Nominativo Singulari intelligatur.

Participium
Præsens

Passivum

Perfectum

166 Amatus, Monitus, Lectus, Auditus, ta, tum

Futurum

167 Amandus, Monendus, Legendus Audiendus, da, dum.

finem, Descriptionis operis, ponenda est. B.11.

LEXICON
Pro
Resolutione primæ Characteris
partis
A. B. C. D.
L. S.

LIneas Characteris secundùm informationem in tuæ Vernaculæ numerum transfer quem in ejusdem LEXICO evolve, ita desi-gnatum vocabulum pro conditione punctationis flectendum invenies.

A	1	Abbatissa	10
Ab	2	Abdere	11
Abactus	3	Abdicare	12
Abacus	4	Abditus	13
Abaculus	5	Abdomen	14
Abavus	6	Aberrare	15
Abax	7	Abesse	16
Abbas	8	Abhinc	17
Abbatia	9	Abhorrere	18

Abies

Acci-

Albus

Anaba-

Appen-

appendix	595	aquila	627
appetere	596	aquilegia	628
appetitus	597	aquilo	629
applauſus	598	aquilus	630
applicare	599	aquilina	631
apponere	600	aquoſus	632
appoſitus	601	ara	633
aportare	602	aranea	634
apprehendere	603	araneum	635
apprehenſio	604	araneus	636
apprecari	605	arare	637
apprimè	606	arator	638
approbatus	607	aratrum	639
apricus	608	arbiter	640
aprilis	609	arbitrium	641
apſis	610	arbitrari	642
aptè	611	arbor	643
aptus	612	Arborator	644
apud	613	arbuſcula	645
apus	614	area	646
aqua	615	arcanus	647
aquæductus	616	arcera	648
aqualiculum	617	arcere	649
aqualis	618	arceſſere	650
aquari	619	archiepiſcopus	651
aquarium	620	architectus	652
aquarius	621	architalaſſus	653
aquaticus	622	præfectus m.	654
aquatilis	623	architriclinus	655
aquatilia	624	arctus	656
aqueus color	625	arcula	657
aquifolia	626	arcularius	658

Aurora	851
Aurum	852
Auſcultare	853
Auſpex	854
Auſpicari	855
Auſpicium	856
Auſter	857
Auſterus	858
Auſtrinus	859
Aut	860
Aut certè	861
Autem	862
Author	863
Authenticus	864
Authoritas	865
Automatari	866
Autumare	867
Autumnus	868
Avunculus	869
Avus	870
Auxiliari	871
Auxilium	872
Axilla	873
Axis	874
Axungia	875
Azymus	876
BAcca	877
Baccalaureus	878
Bacchanalia	879
Bacchari	880
Baculus	881
Badius	882
Bajulare	883
Bajulus	884
Balæna	885
Balanus	886
Balare	887
Balatro	888
Balbus	889
Balbutire	890
Baliſta	891
Baliſtarius	892
Balneum	893
Balneator	894
Balſamum	895
Balteus	896
Bambacium	897
Baptizare	898
Baptiſterium	899
Barathrum	900
Barba	901
Barbaries	902
Barbitus	903
Barbus	904
Bardocucullus	905
Bardus	906
Baro	907
Barrire	908
Barrus	909
Baſilica	910
Baſia	911
Baſiare	912
Baſiatio	913
Baſis	914

Bole-

Cachin

Cas-

Cle-

confi-

corolla

cutis

deinde

diſcre-

diſcretus	2513
diſcrimen	2514
diſcriminare	2515
diſcurrere	2516
diſcurſitare	2517
diſcus	2518
diſcutere	2519
diſertus	2520
diſiungere	2521
diſpandere	2522
diſpar	2523
diſparere	2524
diſparitas	2525
diſpendium	2526
diſpenſare	2527
diſpenſator	2528
diſpergere	2529
diſpertiri	2530
diſpeſcere	2531
diſpicere	2532
diſplicere	2533
diſplodere	2534
diſponere	2535
diſpoſitus	2536
diſputare	2537
diſquiſitio	2538
diſſecare	2539
diſſeminare	2540
diſſentio	2541
diſſerere	2542
diſſidere	2543
diſſidium	2544
diſſimilis	2545
diſſimulare	2546
diſſipare	2547
diſſitus	2548
diſſolvere	2549
diſſolutio	2550
diſſolutus	2551
diſſonantia	2552
diſſuadere	2553
diſſuere	2554
diſtantia	2555
diſtare	2556
diſtegus	2557
diſterminare	2558
diſtillare	2559
diſtinctus	2560
diſtinguere	2561
diſtortè	2562
diſtrahere	2563
diſtribuere	2564
diſtrictus	2565
diſturbare	2566
ditare	2567
diteſcere	2568
ditio	2569
diu	2570
divaricare	2571
divendere	2572
diverſorium	2573
diverſus	2574
divertere	2575
diverticulum	2576

dudum

Emeritus

Emeritus	2767
Emergere	2768
Emicare	2769
Eminens	2770
Eminere	2771
Eminus	2772
Emittere	2773
Emollire	2774
Emollitus	2775
Emolumentum	2776
Emphaſis	2777
Emphaticus	2778
Emori	2779
Emplaſtrum	2780
Emporetica	2781
Emporium	2782
Emptor	2783
Empyreus	2784
Emunctorium	2785
Emungere	2786
Enarrare	2787
Enchiridium	2788
Encœnia	2789
Encomium	2790
Endivia	2791
Enema	2792
Enervare	2793
Enervatus	2794
Enim	2795
Eniti	2796
Enixè	2797
Enodis	2798
Enormis	2799
Enſifer	2800
Enſis	2801
Enula	2802
Enumerare	2803
Enunciare	2804
Eo	2805
Ephebus	2806
Ephemeris	2807
Ephemerus	2808
Ephialtes	2809
Ephippium	2810
Epicedium	2811
Epicyclus	2812
Epidromus	2813
Epigramma	2814
Epilepſia	2815
Epilogus	2816
Epiſcopus	2817
Epiſtola	2818
Epiſtomium	2819
Epithalamium	2820
Epitaphium	2821
Epitome	2822
Epitomium	2823
Epulo	2824
Epulor	2825
Epulari	2826
Epulum	2827
Eques	2828
Equeſter	2829
Equidem	2830

Equi-

Exul

Fari

fim-

for-

fortuitus	3406
fortuna	3407
fortunatus	3408
foruli	3409
forum	3410
foſſa	3411
fovea	3412
fovere	3413
foxinus	3414
fraces	3415
fracidus	3416
frænare	3417
frænum	3418
fragilis	3419
fragmentum	3420
fragor	3421
fragrantia	3422
fragrare	3423
fragum	3424
framea	3425
frangere	3426
frangibulum	3427
frater	3428
fratria	3429
fraudare	3430
fraudulentus	3431
fraus	3432
fraxinus	3433
fremere	3434
frendere	3435
frequens	3436
frequentare	3437
frequenter	3438
fretum	3439
fretus	3440
friare	3441
friabilitas	3442
fricare	3443
fricatio	3444
fricatus	3445
fritio	3446
frigere	3447
frigēre	3448
frigidus	3449
frigus	3450
fringilla	3451
fringulare	3452
fritillus	3453
fritiñire	3454
frivolus	3455
frixus	3456
frondere	3457
frondeus	3458
frons	3459
frondoſus	3460
frons, frontis	3461
frons exercitus	3462
fronto	3463
frontiſpicium	3464
fructifer	3465
fructus	3466
frugalis	3467
frugalitas	3468
fruges	3469

fur-

gra-

gradarius	3661
gradatim	3662
gradi	3663
gradus	3664
graduatus	3665
gravare	3666
grallæ	3667
grallator	3668
gramen	3669
grammatica	3670
granarium	3671
granatus	3672
grandævus	3673
grandinare	3674
grandis	3675
grande	3676
granum	3677
gremium	3678
graphium	3679
graſſari	3680
gravis	3681
gratia	3682
gravidus	3683
gratias agere	3684
gratificari	3685
gratitudo	3686
gratuito	3687
gratulari	3688
gratus	3689
grex	3690
gróſſus	3691
grumus	3692
grunnire	3693
grus	3694
gryllus	3695
gryps	3696
gubernare	3697
gubernaculum	3698
gula	3699
guloſus	3700
gummi	3701
gurges	3702
gurgulio	3703
gurguſtiolum	3704
guſtare	3705
guſtatus	3706
guſtus	3707
gutta	3708
guttatim	3709
guttur	3710
gutturnium	3711
gymnaſium	3712
gynæceum	3713
gypſus	3714
gypſare	3715
gypſator	3716
gyrare	3717
gyrus	3718
HAbena	3719
habere	3720
habilis	3721

heri-

horo-

horologium	3850
horologiolum	3851
horrendus	3852
horrere	3853
horreum	3854
horribilis	3855
horridus	3856
horror	3857
hortari	3858
hortulanus	3859
hortus	3860
hoſpes	3861
hoſpitium	3862
hoſtia	3863
hoſtilis	3864
hoſtis	3865
huc	3866
hucuſque	3867
hujuſmodi	3868
humanitas	3869
humaniter	3870
humanus	3871
humare	3872
humectare	3873
humerus	3874
humi	3875
humidus	3876
humiliare	3877
humilis	3878
humor	3879
humus	3880
huſo	3881
hyacinthus	3882
hyacinthinus	3883
hyalas	884
hybernare	885
hybernus	886
hydra	887
hydrophobus	888
hydrops	889
hydromela	890
hyemalis	891
hyemare	892
hyems	893
hymnus	894
hyoſcyamus	895
hyperboreus	896
hypericum	897
hypnoticus	898
hypocauſtum	899
hypôcrita	900
hypochondria	901
hypodidaſcalus	902
hyponemia	903
hyſſopites	904
hyſſopus	905
hyſtericus	906
hyſtrix	907
IAcēre	908
Jacere	909
Jactantia	3910
Jactare	3911
Jactura	3912

Jacu-

Inepti-

In-

Juſti-

Justitium	4551
Justus	4552
Juvare	4553
Juvenca	4554
Juvenis	4555
Juvenilis	4556
Juventa	4557
Juventus	4558
